Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



posse quidem superari. sed difficile con
quiescere. Tunc ihs loquitur. adturbas
& ad discipulos suos dicens. super cathedram
moysi sederunt scribe & pharisei. omnia
ergo quecumque dixerint uobis seruate & facite
secundum opera uero eorum nolite facere.
dicunt enim & non faciunt. quid mansue
tius quid benignius dns temptatur
a fariseis. confringuntur insidie eorum.
& secundum psalmistam. sagitte paruulorum
facte sunt plage eorum. & nihilominus
propter sacerdotum & nominis dignitatem.
roratur populus ut subiciantur eis.
non opera sed doctrinam considerantes.
Quod autem ait. super cathedram moysi
sederunt scribe & pharisei.
cathedram doctrinam legis ostendit.
ergo & illud quod dicitur in psalmo in
cathedra pestilentie non sedit
& cathedra ueneni tui columbas euertit
debemus doctrinam accipere.